

Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis, Henricus Schuckman Iuris Doctor & Professor. Ad Publicam & solennem Legum Academicarum Recitationem in Auditorio maiori, eras hora nona matutina audiendam, Universos & singulos Reipublicae literariae Cives & alumnos, sedulo hortatur


Rostochi[i]: Pedanus, 1634


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742265897>

Druck Freier  Zugang



1634





PROGRAMMA

Quo

RECTOR

Academiae Rostochiensis,

HENRICUS SCHUCKMAN

Juris Doctor & Professor.

Ad

Publicam & solennem

LEGUM
ACADEMICARUM
RECITATIONEM

*in Auditorio majori, cras hora nona matu-
rina audiendam,*

Universos & singulos Reipublicae literariae
Cives & alumnos, sedulo
hortatur.



ROSTOCHI,

Litteris JOACHIMI PEDANI, Acad Typogr.
ANNO M. DC. XXXIV.



RECTOR
Academiæ Rostochiensis
HENRICUS SCHUCKMAN,
Juris Doctor & Professor.



Arum, quæ præcellentium nomine veniunt rerum, si quicquam in amplissimo hoc mundi complexu, vel ob dignitatem & temporis antiquitatem, vel etiã ob necessitatem ac utilitatem, longè se exerentem, ad astra usq; laudibus & encomijs evehi atq; extolli meretur, id jure vindicat sibi summa illa, teste Cicerone, in naturã insita, oratio, LEX; Quam non sub manibus, ut ajunt, natã, neq; à turbido furiosi alicujus hominis, seu Tyranni

ranni ingenio excogitatam, sed á su-
premo Universitatis Architecto, Deo
Optimo Maximo, ipso creationis ini-
tio, in omnes creaturas diffusam, ele-
gantissima orbis hujus fabrica & stru-
ctura, ejusdemq; concinnus ordo, &
mirifica convenientia, nativis quasi co-
loribus exprimit & exponit; Post-
quam enim DEUS spatiosum hoc,
quod Cœlo, terrâ, mariq; continetur,
Systema, omnipotenti virtute pro-
ductum, pro immensâ sapientiâ elabo-
rasset & efformasset, non confusa aut
dissoluta reliquit opera sua, sed di-
stinctis

dissociata locis concordî pace ligavit,

& certis, quibus subjacerent, regu-
lis constrinxit & legibus, quæ nihil ali-
ud sunt, quàm universalis illa Naturæ
vis, quâ non modò omnia corpora cœ-
lestia & Sydera suffulta, immutabili
cursu rotundam Cœli machinam pera-

A 2

grant,

grant, motu suo planè stupendo nocti-
um ac dierum faciunt discrimina, tem-
porumq; vicissitudines dispescunt; ve-
rum ipsa quoq;,' quæ sub orbem Lunæ
subjecta sunt, Elementa gubernantur,
ut genuinas suas sedes sibi in principio
assignatas, immobiles retineant, ne in-
feriora hæc penitus depascat & absu-
mat Ignis, ne Aqua præfixos sibi fines
& terminos transgrediatur, & eluvie
cooperiat ac inundet tellurem, talisq;
eveniat confusio, qualem ante mun-
dum conditum Poëtæ finxerunt. In
Hominem Microcosmum illum, si ocu-
los nostros devolvamus, humano utiq;
animo vivas etiam & naturales inscul-
ptas esse & impressas leges, deprehendi-
mus, quas, cum eadem post Protopla-
storum prævaricationem corruptæ
sint & depravatæ, DEUS ipse, fascicu-
lo decem præceptorum collectas, in
mon-


monte Sinai publicè renovavit, & so-
lenniter promulgavit. Hæc est pri-
mæva illa & naturalis omnium reliqua-
rum Legum origo & scaturigo, à quâ
in universum hominum genus jura
promanârunt, ex quâ paulatim po-
steà prudentissimi quiq; Legum lato-
res, lumine rationis moti, leges suas,
utpotè nonnullos rivulos deduxerunt,
eisq; politias & Civitates muniverunt.
Quanta autem in benè constitutas Ref-
publicas, ex legum bonarum obser-
vantia, semper redundaverint commo-
da, ex earum neglectu atq; contemptu
autem quanta sæpenumerò damna, dif-
fensiones, bella & pericula obrepserint
ac ingruerint, novis simul & vetustis
historiarum monumentis proditū le-
gimus: Undè, quod oraculum Delphi-
cum, attestante Plutarcho, de Lycur-
gi statutis, quæ Lacedæmonijs tulerat,
quamdian

quamdiu iisdem uteretur Spartiatarū
Respublica, tamdiu eam fore clarissi-
mam, vaticino more proclamavit; idē
de alijs pijs justisq; verè affirmare licet
legib⁹; quippè quæ ubi dominium ob-
tinent & vigorem habent, illinc frau-
des, perjuria, furta, adulteria, homici-
dia, seditiones, cœteraq; nefanda faci-
nora, in quæ aliàs hominum corda
prona sunt & proclivia, prors⁹ abesse
coguntur. Ad Academijs ut transeam⁹,
nemo integræ mentis inficiabitur, in il-
lis pietatis, eruditionis & liberalium
disciplinarum Emporijs augustissimis,
cum primis permagni referre, ut æquæ
leges & jura salva inviolataq; permane-
ant, ne cuiquam licentia faciendi, quic-
quid libuerit, concedatur, fræna ne-
quitix dissolutæq; vitæ laxentur, trans-
gressores, fontes & perfidi impunes di-
mittantur, sed tenore legum coërce-
antur

antur & plectantur; innocentes verò
ac infontes defendantur; alioquin de-
bilitatâ Legum efficaciam, quin Acade-
miæ totaliter pessum eant, earumq;
auctoritas corruat, dubium non est.
Antiqui aliquot olim politici grande
& morte piandum nefas ducebant, si
quisquam contrâ publicas leges quid
moliretur: Hinc Lycurgus maluit in
perpetuo exilio ætatem agere, quam in
patriâ suâ leges violatas cernere. Quan-
to majori studio Academiæ membra
pro Legibus, tanquam pro aris focusq;
pugnare tenentur; Siquidem ex
Scholis aliæ gentes & Respublicæ,
quemadmodum Romani ab Athenien-
sibus, sua merito petere debent statuta.
Quâ de causâ Majores nostri, huic et-
iam Universitati LEGES, non quidem
sanguine scriptas (sicut Draconis) neq;
â ficto quodam numine gentili acce-
ptas,

ptas, sed ex ipso sacri Decalogi sanctuario de-
promtas, sapienter præscripserūt, & bis quot-
annis publicitùs prælegi voluerunt, ut hâc
ratione unusquisq; officij sui commonefieret,
& nemo earum ignorantiam ad excusationem
prætereundum posset: Cui laudabili Veterum in-
stituto ne quicquam derogemus, crastini diei
horâ ante meridiem nonâ, Leges Academicas
publicè recitari decrevimus. Quare, cujusq; or-
dinis & conditionis, Cives Academici, frequen-
tes in Majori Auditorio vos sistite, attentis
auribus & mentibus auscultate, & quàm
vobis cordi sint ac curæ, Academiæ nostræ le-
ges & statuta, quibus jurejurando religiosè vos
devinxistis, re ipsâ testatum facite, adq; earun-
dem normam & præscriptum munia vocatio-
nis, & vitam vestram unicè & enixè componite
P. P. Rostochij Sub Sigillo Rectoratus 12.
Octobris ANN OXXXIV.





antur & plectantur; innocenti
ac infantes defendantur; alii
bilitatâ Legum efficaciam, quæ
miæ totaliter pessum eant
auctoritas corruat, dubium
Antiqui aliquot olim politici
& morte piandum nefas du
quisquam contrâ publicas leges
moliretur: Hinc Lycurgus
perpetuo exilio atatem agere
patriâ suâ leges violatas cerne
to majori studio Academia
pro Legibus, tanquam pro a
pugnare tenentur; Siqui
Scholis aliæ gentes & Re
quemadmodum Romani ab A
sibus, sua merito petere debent
Quâ de causâ Majores nostri,
iàm Universitati LEGES, non
sanguine scriptas (sicut Draco
â ficto quodam numine gen

